Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uenire filios israel. non permittebat eos intantum proficere
ut possint testui diei misteriis perfrui; Audi enim pro
phetam quid dicit. resuscitabit nos dominus post biduum et in
die testia resurgemus et uiuemus in conspectu eius; Prima
dies nobis passio saluatoris est. et secunda qua
descendit in infernum. Testia autem resurrectionis
est dies. Et ideo in diertia dominus antecedebat eos per diem
in columna nubis per noctem autem in columna ignis;
Quod si secundum ea quae superius diximus in his uerbis
recte nos apostolus docet. et baptismi misteria contineri.
Necessarium est ut qui baptizantur in xpo. in morte ip
sius baptizentur. et ipsi consepeliantur et cum ipso diertia
resurgant a mortuis. Quos et secundum hoc quod
dicit apostolus. simul secum suscitauit simulque fecit sedere
in caelestibus; Cum ergo tibi testui diei misterium
fuerit susceptum. incipiet te deducere dominus. et ipse tibi
uiam salutis ostendere. Sed uideamus quid post
haec dicitur ad moysen quae uia praecipitur elegenda.
Deothon inquit conuersi. Iter facite inter epauleum
et inter magdolum. quod est contra beelsefon; haec autem
interpretantur. Epauleum quidem. ascensio tortuosa.
Magdolum turris. beelsefon. ascensio speculae uel
habens speculam; Tu ergo fortasse credebas quia
iter quod dominus ostendit planum esset. et molle et nihil